

Band II., Nr. 443, Seite 239-241

Papst Lucius III. nimmt das Kloster Salem mit genannten Besitzungen in seinen Schutz und verleiht demselben zahlreiche ausgedrückte Begünstigungen.

Verona, 1185. März 4.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, Christiano, abbati monasterii sanctę Marię in Salem, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium sanctę Marię in Salem, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cistertiensium fratrum in eodem monasterio statutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblivione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis dignum duximus exprimenda vocabulis¹: hereditatem videlicet, que a Guntrammo viro nobili de Alsriuti, in presentia Landolfi de Seoluingen, Alberti et filii eius Burchardi de Frikingen, Hermani de Marchdorf et aliorum plurimorum, per manum quoque Christiani abbatis de Lucela, et postmodum per manum Chōnradi illustris Romanorum regis et presentibus principibus, duce Friderico, Chōnrado duce, Welfone duce et duce Mahu^a et Frowino, tunc eiusdem loci abbate, et aliis multis viris religiosis, in Constantiensi curia, deo et beatę Marię devotionis et pietatis intuitu donata est in monachorum Cisterciensis ordinis, secundum regulam

^aSo die Handschrift hier und in der Bulle Lucius' III. von 1184 März 4. Die Urkunde Nr. 349 (vgl. WUB, Bd. II, S. 81) von Kaiser Friedrich I. für Salem von 1155 liest *Matheo*.

¹Die folgende Güterauflistung kommt mit der in der Urkunde Nr. 437 (vgl. WUB, Bd. II, S. 230 ff.) von Friedrich I. von 1183 Juni 20 ziemlich überein. Die Deutung der Ortsnamen kann daher, die unten folgenden Anmerkungen abgerechnet, dort gefunden werden.

II

beati Benedicti viventium, usum perpetuum. Locum videlicet in quo monasterium ipsum situm est, qui olim Salmanneswilare vocabatur, nunc autem mutato nomine Salem dicitur, et capellam et villam cum decimis. Forste [cum decimis] et appenditiis suis. Adilsrivti quoque capellam cum decimis. Wartinberc, Wittinwilare cum appenditiis suis. Tephinhart, Hasilbach², Bebinwilære, cum appenditiis suis. Ex dono autem Ottonis de Hasinwilære, Bernardi et Adilheidis, et per manus Heinrici ducis Saxonie, Sweindorf cum appenditiis suis. Omnes etiam mansus in monte qui dicitur Richolffisberch³, claustro adiacente, quos cum episcopatu Constantiensi, sub episcopis eiusdem civitatis et advocatis consensu chori et fidelium ipsius ecclesie, predicti cenobii fratres iuste concambierunt. Ex largitione Ernistonis de Stuzilingen et filiorum eius Bremmiuelt et Tufinhiulwe cum appenditiis suis. Ex dono Hermannii et fratris sui Burchardi, Ethichen, Hohinbûch. Ex traditione Vdalrici de Hörningen capellam in Franchinhofin cum decimis suis, per manum Hermannii Chonstantiensis episcopi vobis concessam. Ex dono Chönradi advocati Chonstantiensis Wolfgangeswilare⁴. Ex largitione Egelwardi et Roberti et filii eius Choonradi de Turingen⁶ Vciswilare cum capella, dote et decima et appenditiis suis, assensu diocesani episcopi. Mansum etiam dimidium ibidem ex donatione Lûdewici comitis et uxoris et filiorum eius. Ex traditione Hermannii de Fridingen Grindilbûch cum pertinentiis suis. Ex largitione Alberti, Burchardi itemque Heinrici, Alberti, Burchardi de Frichingen Reintinhasila cum appenditiis suis. Mansum Riede⁷ cum decimatione sua ex dono Richardi et uxoris et filiorum eius de Capella. Ex donatione Burchardi et uxoris eius et filiorum Swinisgrubi. Ex traditione Roberti et Bertholdi de Ahe Torfisberc⁸ cum attinentiis suis. Ex donatione abbatis Heremitarum et cum co[n]niventia fratrum suorum et advocati et Walteri de Vazis et Rûdolfi filii eius Muron cum decima sua, cum consensu episcopi iuste concambita. Ex largitione Hugonis palatini et liberorum eius et Chönradi comitis de Berge⁹ et Burchardi de Hachilbach, coniugis et liberorum eius et aliorum quorundam Mencilshusin cum pertinentiis suis. Ex dono Chönradi comitis et Heinrici fratris eius Fahssiriet cum appenditiis suis. Item ex traditione supradicti comitis Heinrici et fratris sui Chönradi advocati filiique eius Chönradi paludem claustro adiacentem, inter terminos abbatis et rivum qui dicitur Blæwach. Ex donatione Walteri de Durrihein, qui vocatur Esil, Ringinhusin cum appenditiis

²Unermittelt.

³Unermittelt.

⁴Unermittelt.

⁶Wohl Gut Weilers in Klöcken, nicht Fitzenweiler.

⁷Das Ried nordwestlich von Raithaslach.

⁸Ober, Mittel und Unter Dornsberg.

⁹Heiligenberg.

III

suis. Ex largitione Bertolfi de Bachöbiton eandem villam Bachöbiton cum ecclesia et decimis suis, cum consensu diocesani episcopi, et aliis appenditiis suis. Ostirndorf¹⁰, Obirwilare, cum omnibus hominibus suę proprietatis. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum decimas a vobis nullus exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit de eodem absque licentia abbatis discedere. Discedentem vero sine communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Quod si quis forte eos retinere presumpserit, liceat vobis in ipsos monachos vestros sive conversos sententiam regularem ex nostra auctoritate proferre. Paci quoque et tranquillitati vestrę pro offitii nostri debito providentes, auctoritate apostolica prohibemus et sub interminatione anathematis interdicimus, aliquem in abbacia vel in grangiis vestris advocatiam sibi sine abbatis et fratrum voluntate aliquatenus vendicare, set nec ullus infra clausuram monasterii, seu grangiarum suarum violentiam, rapinam, seu furtum committere, aut ignem apponere, vel homines capere, vulnerare vel interficere aliqua temeritate presumat. Insuper etiam sanccimus apostolica auctoritate, ut quemadmodum a predecessoribus nostris, felicis momorie papa Innocentio, Evgenio et Alexandro statutum est, nullus episcopus neque aliqua persona ad sinodos vel conventus forenses vos invitos ire compellat. Sanccimus etiam ut si episcopus in cuius parrochia domus vestra fundata est, tercio per intervalla temporum cum humilitate et devotione qua convenit requisitus, substitutum abbatem forte benedicere noluerit, licitum sit eidem abbati, proprios novitios benedicere et alia que ad officium ipsum pertinent exercere, donec idem episcopus duritiam suam recogitet et benedicendum abbatem benedicere non recuset. Sane si episcopi aliquid ab abbatibus vestri ordinis preter obedientiam debitam, vel principes terrę contra libertatem ordinis a predecessoribus nostris et a nobis indultam expetierint, liberum sit eisdem abbatibus auctoritate apostolica denegare quod petitur, ne occasione ista predictus ordo, qui hactenus liber extitit, humane servitutis laqueo vinciat. Quod si ipsi episcopi aliquam propter hoc in personas vel ecclesias vestras sententiam promulgaverint, eandem sententiam tamquam contra apostolice sedis indulta prolatam decernimus irritandam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva

¹⁰Eschendorf.

IV

sedis apostolice auctoritate et in supradictis ecclesiis diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire presumpserit, secundo tertiove conmonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei ac domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatenus et hic fructum bonę actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniunt. Amen. Amen.

 Datum Verone per manum Alberti, sanctę Romanę, ecclesię, presbyteri cardinalis et cancellarii, IIII. nonas Martii, indictione III., incarnationis dominice anno MCLXXXIIII.¹¹, pontificatus vero domni Lutii pape III. anno quarto.

—

Nach dem in vier Bänden in fol. bestehenden, sehr sorgfältig auf Pergament geschriebenen, dem Hauptbestand nach dem 13. Jahrhundert angehörigen *Diplomatarium Salemitanum* im GLA Karlsruhe, Bd. 1, Nr. 4, S. 7-11, unter dem Rubrum *Privilegium Lutii pape III. super quedam predia Salem.*

¹¹Die Indiktion und das Pontifikatsjahr verlangen 1185. Der päpstliche Kanzler rechnete das neue Jahr nach dem calculus Florentinus erst vom 25. März an.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

B 44; 67/1162 S. 7-11, Nr. 4

Überlieferung und Textkritik:

Original und Abschrift in Karlsruhe.

Regesten:

PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 15376. JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 4: Lothar III. und ältere Staufer, 1125-1197, Bd. 1,1: Die Regesten des Kaiserreichs unter Lothar III. 1125 (1075) - 1137, Neubearb. von Wolfgang Petke, Köln, Weimar und Wien 1994; Bd. 1,2: Die Regesten des Ka, Bd. 4,2, Nr. 1515. Germania pontificia, Bd. 2,1, S. 164, Nr. 10.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Verona

Ortsindex:

Aach Wohnplatz (14251)
 Aach, KN
 Adelsreute Wohnplatz (20013)
 Adelsreute, Ravensburg, RV
 Altsteußlingen Wohnplatz (16761)
 Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL
 Bachhaupten Wohnplatz (21201)
 Bachhaupten, Ostrach, SIG
 Behweiler Wohnplatz (18147)
 Behweiler, Oberteuringen, FN
 Bremfeld Wüstung (23877)
 Bremfeld, Ehingen (Donau), UL, W
 Dürrheim Wüstung (23878)
 Dürrheim, Ehingen (Donau), UL, W
 Eschendorf Wohnplatz (21208)
 Eschendorf, Ostrach, SIG
 Fessenried Wüstung (23999)
 Fessenried, Heiligenberg, FN, W
 Fitzenweiler Wohnplatz (18023)
 Fitzenweiler, Markdorf, FN

Forsthof, Forsthaus : Schloss Salem, Salem FN
 Frankenhofen Wohnplatz (16774)
 Frankenhofen, Ehingen (Donau), UL
 Frickingen Wohnplatz (17832)
 Frickingen, FN
 Fridingen an der Donau Wohnplatz (14050)
 Fridingen an der Donau, TUT
 Gründelbuch (Schäferhof) Wohnplatz (14022)
 Gründelbuch (Schäferhof), Buchheim, TUT
 Haselbach
 Hasenweiler : Horgenzell RV
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)
 Heggelbach Wohnplatz (21461)
 Heggelbach, Herdwangen-Schönach, SIG
 Heiligenberg Wohnplatz (17938)
 Heiligenberg, FN
 Herrlingen Wohnplatz (17017)
 Herrlingen, Blaustein, UL
 Hohenbuch Wüstung (23856)
 Hohenbuch, Allmendingen, UL, W
 Kappel Wohnplatz (17065)
 Kappel, Bad Buchau, BC
 Klöcken Wohnplatz (20082)
 Klöcken, Ravensburg, RV
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Lützel, Dep. Haut-Rhin, Frankreich
 Markdorf Wohnplatz (18037)
 Markdorf, FN
 Maurach Wohnplatz (18459)
 Maurach, Uhldingen-Mühlhofen, FN
 Mendlishausen Wohnplatz (18247)
 Mendlishausen, Salem, FN
 Mittel Dornsberg Wohnplatz (14303)
 Mittel Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Ober Dornsberg Wohnplatz (14307)
 Ober Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Oberteuringen Wohnplatz (18153)
 Oberteuringen, FN
 Oberweiler Wohnplatz (21222)
 Oberweiler, Ostrach, SIG
 Raithaslach Wohnplatz (14670)
 Raithaslach, Stockach, KN
 Richolffisberch
 Ringenhausen Wohnplatz (20960)
 Ringenhausen, Horgenzell, RV
 Sachsen
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Schwandorferhof Wohnplatz (18260)
 Schwandorferhof, Salem, FN
 Schweingruben (Vordere und Hintere) Aufgegangen (33673)
 Schweingruben (Vordere und Hintere), aufgegeg. in Münchhöf, Eigeltingen KN
 Seelfingen Wohnplatz (14679)
 Seelfingen, Stockach, KN
 Tepfenhart Wohnplatz (20974)
 Tepfenhart, Horgenzell, RV
 Tiefenhülen Wohnplatz (16795)
 Tiefenhülen, Ehingen (Donau), UL
 Unter Dornsberg Wohnplatz (14318)
 Unter Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Unterteuringen Wohnplatz (18161)
 Unterteuringen, Oberteuringen, FN
 Vaz/Obervaz, Kt. Graubünden, Schweiz
 Verona, Venetien, Italien
 Vociswilare
 Wartinperc Wüstung (24107)
 Wartinperc, Ravensburg, RV, W
 Wittinwillar Wüstung (24108)
 Wittinwillar, Ravensburg, RV, W
 Wolfangeswilare